Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

L. De clericis ab officio continentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

Visual Library

Anno Christi 398.

Hunc Canonem peruetuſti codices ita habent : Chriſtianum catholicum , qui pro catholica fide tribulationes patitur , omni honore a ſacerdotibus honorandum , etiam in quotidiani victus miniſterio.

XLIV.

Clericus nec comam nutriat , nec * barbam.

Alias , * barbam tondeat : ita in libro Gemblacenſ. Alias , barbam radat , additur in libro Gandenſi ſancti Bauonis , titulo : Statuta eccleſiæ antiqua. Pleraque autem exemplaria non habent , Radat , vel tondeat : vt ſit ſenſus , clerico nec comam nec barbam nutriendam.

XLV.

Clericus profeſſionem ſuam & in habitu & in inceſſu probet : & nec veſtibus , nec calceamentis decorem quærat. Diſt. 41. clericus profeſſ.

XLVI.

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

XLVII.

Clericus per plateas & andronas , niſi certa & maxima officii ſui neceſſitate , non ambulet.

XLVIII.

Clericus , qui non pro emendo aliquid in nundinis vel in foro deambulat , ab officio ſuo degradetur. Diſt. 91. clericus quilibet.

XLIX.

Clericus , qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate vigiliis deeſt , ſtipendiis priuetur. Ibi. cle. vict.

L.

Clericum inter tentationes ob officio ſuo declinantem , vel negligentius agentem , ab officio ſuo remouendum. Ibid. cle. quili.

LI.

Clericus , quantumlibet verbo Dei eruditus , * i artificio victum quærat. Ibidem.

* artificio honeſto victum & veſtitũ.